

principales que se pudieran hazer harto daño y gastar gran parte de sus haciendas en pleytos.

3. Nuestro fundador ¹ está mejor, y quando estaba enfermo, no deseaba la salud sino para se emplear en seruicio de la Compañía, y ansí ha començado a labrar sacristía y corredor.

4. El día de la circunçision tubimos jubileo, el qual ganó mucha gente, predicando el P.^e R.^{tor} Hubo algunos deuotos conuidados, a los quales vno de los hermanos lectores hizo vno vna oración del nombre de Jhs. de mucha erudiçión y admiratió; y el teniente después de auer comido, instaba mucho por seruirle a la segunda mesa, dando muestras de el contentamiento que hauía tenido. V. P. nos mande encomendar al S. que él nos dé a sentir y cumplir su sanctíssima voluntad. De Medina de el Campo y de Hebrero 6 de 1560 años.

Por commissión de el Maestro Juan Paulo, retor ^a.

D. V. P. hijo indigno,

H
† GASPAR ASTETE † ².

344

FRANCISCUS DE LARA

MONTE REGIO 7 FEBRUARII 1560 ³.

1. *Sociorum valetudo. Occupationes.*—2. *Numerus scholasticorum auctus. Eorum mores.*—3. *Domesticorum studia; publicum specimen.*—4. *Sociorum contiones gratae.*

1. † Ihs. Admodum R. P. in X.^o Pax X.ⁱ [*Ex oboedientia et caritate scribit.*] Solet semper nostrorum esse continua firmaque valitudo. In regulis obseruandis pro sua portione quisque enititur. Adeo omnes sibi iniunctis officijs occupantur, vt nullus segniciei sit locus reliquus. Vndecim enim cum simus, sex publice legunt,

^a Prius rector.

¹ Petrus Quadrado.

² Vide p. 357, annot. 1.

³ Ex originali in codice *Hisp.* 97, 2 ff., nn. 45, 46; prius 231.

quatuor igitur tradendis grammaticae praeceptis stringuntur, mox quintus 3.^m physicorum librum explicat, sextus demum casus de conscientia, materiam scilicet de coniugio dictat; in quam conflunt aliqui paroecijs praefecti. Pater rector ¹ in concionibus, colloquijsque spiritalibus magna ex parte tempus conterit.

2. Numerus scholasticorum (Deo gratia) in dies magis augetur, qui crebrius sua detegunt peccata; quanuis nostrorum exiguus numerus omnibus satisfacere nequit. Vt omnes sacris intersint, enixe magistri dant operam, quoniam hinc non scholasticis modo, sed et regioni omni ingens commodum proficiscitur. Nam in studijs cum audiendis sacris assuescant, postea patriam remeantes, et ipsi intersunt, et patres, sorores, vicini intersint admonent. Si quando parentes vel alij deierant, scholastici eos corrigunt. Solent et ipsi studentes hoc potissimum tempore christianam doctrinam ^a alijs inscientibus exponere. Adeo id uiget, vt pauperes per vicos instructionem hanc christianam decantantes corradunt toti sane hebdomadae cibum, scilicet panem tiphacium ², qui nimirum peculiaris huius regionis hominum est cibus, qui quando opiparas parare dapes gestiunt, folia raparum coquunt porcino adipe immiso.

3. Domi (vt alias scripsi) 3.^m D. Thomae partem de sacramento eucharistiae legunt; nocte repetitur lectio; si quod dubium alicui se offert, proponit. Dominicis etiam diebus habentur (vt moris est Societatis) positiones. **Mense itaque Decembri subtinuit [sic] quidam ex nostris, magno omniium applausu, publicas conclusiones. Quod quidem hoc regno et inauditum et cunctis gratum extitit. Conuenerunt ex finitimis opidis theologi et iurisperiti (quorum est copia hoc in castro, quia totius comitatus hic residet iuridicus senatus), acute argumenta proposuerunt. Agebatur enim in illis de restitutione, homicidio, legibus et iudicio; materies quidem pernecessaria his incolis. Quatuor integris horis argumentatum fuit. Placuit argumentantium ingenium, propugnatoris doctrina, praesidis acies et iudicium. Sed inter haec placuit modestia nostrorum in respondendo, atque quoddam colloquium interloquentium puero-**

^a doctrinanam *ms.*

¹ P. Joannes de Valderrabano.

² Videtur intelligendum secale, seu centenum.

rum uersu exametro, quippe qui aperte et breuiter materiam assertionum aperiebant ^a. Cantus gregorianus, inusitatus et iucundus ideo omnibus, incipiebat, vltimumque addidit positionibus colorum phonem.

4. Solent interdum ex nostris aliqui concionatum oppida finitima petere; modo euangelium exponentes, modo et saepius christianam instructionem edocentes. Adeo omnes colunt nostros, vt proximis superioribus diebus, cum quidam ex hoc collegio iter faceret, ipso itinere ipsum quousque concionaretur detinuerunt. Et cum alias alibi aedituum rogaret, vt per eum sibi liceret sacrum ibi facere, non passi sunt ciues nostratem prius celebrare, quam ibi concionem haberet. Ex quodam oppido (de quo in alijs) quendam ex nostris die natali Dominij concionaturum petatum miserunt; qui concionibus, tum confessionibus audiendis summopere arrisit, vt eorum deuotio ^b et affectus indicat. Modo iterum literas ad P. Rectorem mandarunt ex consensu iudicum, coeterorum regentium et optimatum, vt saltem diebus dominicis quadragesimae nostrorum concionem audirent, non signantes hunc aut illum, sed quemuis, dummodo sit ex Societate, efflagitant. Illis propter incredibilem affectum est assentiendum. Interdum inuisimus de[ten]tos ^c in uinculis, eis christianam doctrinam exponimus; interdum aegrotis xenodochij medicamur, et si opus est, co[n]fessione audimus.

Haec sunt, Pater colendiss., quae se mihi scribenda offerunt. Superest, vt tuis de[uo]tis [?], fratrum, patrumque precibus commendes. Montereij 7 idus februarias, anno 1560. Ex commissione P. Rectoris. Tuus, P. R., seruus in X.^o

FRAN.^o DE LARA ¹.

Inscriptio. † Ihs. Al muy R.^{do} p. in X.^o el P. Prouincial de la Prouincia de Sicilia.

^a aperiebant *ms.* —^b deuotio *ms.* —^c *Consumpta charta hic et infra.*

¹ Vide *Litt. Quadrim.*, V, 909, annot. 1.